



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

195. Parabola trigesima secunda, De decem virginibus, quarum quinque prudentes, & quinque fatuæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

D. N. IESU CHRISTI. 177
virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit
coenam meam. *Luc. 14. v. 23. & 24.*

MEDITATIO CXCII.

*Parabola XXXII. De decem virgini-
bus, quarum quinque prudentes,
quinque fatuæ.*

I. **S**imile est regnum cælorum decem vir-
ginibus: quæ accipientes lampades
suas, exierunt obviam sponso & sponsæ.
Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quin-
que prudentes. Sed quinque fatuæ, acce-
ptis lampadibus, non sumpserunt oleum
secum: prudentes verò acceperunt oleum
in vasis suis cum lampadibus. *Matth. 25.
vers. 1. 2. 3. 4.*

II. Moram autem faciente sponso, dor-
mitaverunt omnes, & dormierunt. Mediâ
autem nocte clamor factus est: Ecce spon-
sus venit, exite obviam ei. Tunc surrexe-
runt omnes virgines illæ, & ornaverunt
lampades suas. *Matth. 25. v. 5. 6. 7.*

III. Fatuæ autem sapientibus dixerunt:
Date nobis de oleo vestro, quia lampades
nostræ extinguuntur. Responderunt pru-
dentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat no-
bis & vobis, ite potius ad vendentes, & emi-
te vobis. Dum autem irent emere, venit

H 5 spon-

sponsus : & quæ paratæ erant , intraverunt , cum eo ad nuptias , & clausa est janua. *Matthæi 25. & 8. 9. 10.*

IV. Novissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes : Domine, Domine, aperi nobis. At ille respondens, ait : Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem, neque horam. *Matth. 25. & 11. 12. 13.* Adde, quæ Christus dixit *Luc. 13. & 25. 26. 27. 28. 29. 30.*

MEDITATIO CXCIII.

Parabola XXXIII. De talentis in seruos distributis.

I. **H**omo peregre proficiscens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò unum, unicuique secundum propriam virtutem : & profectus est statim. *Matth. 25. & 14. & 15.*

II. Abijt autem, qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. *Matth. 25. & 16. 17. 18.*

III. Post multum verò temporis venit domi-